



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

14 An milites dubitantes de iustitia belli possint, & debeant principi
obedire?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

alterius obediencia obueniens graue sit, & certum. At superiori facit nullum obueniam ex eius obediencia omissione.

18 Quinta dubitatio est: an si praeceptum superioris sit tibi nimis molestum, & durum, & dubites, an possit imponere, tenetis illo?

Videbis teneri, quia onus, & molestia illa non est aliena à praecepto, sed idem cum re praecepta, & ab illa indistinctum. Ego cum in cau dubio obediens debas (superiori ob possessionem, quam habes praecepisti), obligatus es in praesenti obediens, & ita nulla est certa regula obediendi in cau dubio. Et confumo, id est quando damnum graue tibi, vel alicui obuenient ex obediencia excusari obediens in cau dubio, quia possides res illas, in quibus damnum pati debetas, & postea certa non debet amittit ob seruandam superioris dubiam: at in praesenti tibi non fuerit possit illa, cum non sit a cieum distincti ab ipso etiam praecepto, quod possidet. Ergo.

Verum (est hoc sit satis probabile) acquiescere poteris communis sententia te excusari obediens. Quia non videtur concomitum te onus graue certe subire, de quo dubitas, an tibi possit imponi: iugum enim Christi suave est, & onus eius leue. Non videtur autem ita esse, si te dubitantes de potestate praecepientis obligaret in angustias conicis ob seruandam eius possessionem dubiam. Et ex hac ratione solvitur contrarium fundamentalium. Non enim possit in re dubia seruanda est cum graui onere, & molestia, & ita teneri relatis Medina, Aragon, Lopez, Sayo, Soro, Vega, Rodriques, Salas tr. & 8. disq. vni. scilicet 17. n. 15. Thom. Sanchez lib. 6. in Decal. c. 3. n. 23. Villalob. tract. de cens. diff. 26. n. 2.

PVNTVM XIV.

An milites dubitantes de iustitia belli possint, & debeat Principi obediens.

- 1 Subditus milites obligati sunt obediens, secus alienigena, ex communis sententia.
- 2 Nullus miles tenetur militare dubius de iustitia belli, quoniam exame premittat.
- 3 Si subditus non habet aliquam rationem dubitandi, debet dubium depone. & militare.
- 4 Proponuntur quadam obieciones, & satis illis satis.

1 Apono hanc questionem, ut clarissim innescant que diximus disq. 2. p. 8. hucus tractatus.

Communis sententia huic questioni responder subditos posse, ob gratiamque esse obediens, secus vero alienigenas, quia in subditis adeo iustitiae ratio deponebatur dubium conscientiam, scilicet praeceptum superioris, quae ratio non adeo in militibus alienigenis, & consequenter milites non subditos tenentur investigare iustitiam belli, atnequam se dedissent, secus vero subditos: ita tenet expr. iste Abbas cap. scilicet 1. de iure, n. 16. & ibi Bellamera 7.6. Alexand. de Nevo 9.8. Nauarr. sum. cap. 15. n. 15. Molina. 1.1. de inf. disq. 1.13. circa finem. Valent. 1.2. disq. 3. p. 16. quod 2. 8. si autem mil. 1. Azor. som. 1. infit. moral. lib. 2. c. 19. 19. & piures alii, quos referunt, & sequitur Th. Sanchez. lib. 6. in Dicat. c. 3. n. 15.

2 Verum in hac re existimo primò, tam subditos, quam non subditos, si dubium habeant fundatum de iustitia belli, non teneri, inquit nec posse militare, quoniam exame, quantum commode possint premittant. Moneor tum ob rationes superioris dictas, quae in praesenti cau, rite grauior militant. Tunc & praecepit, quia quando certum est ex tua obediencia damnum tibi, vel alicui graui est secundum, non teneris superiori obtemperare, si dubitas, an legitimè praecepit, ut puncto praecepit. dub. 4. diximus. Sed ex bello grauissima tibi, & aliis damnis debente obueniente, non igitur debet obediens, si dubitas, an Princeps legitimè praecepit. Et confumo, si subditos rationabiliter dubitantes de iustitia belli nullam diligenteriam premitte tenentur, sed possunt audito praecepto superioris statim acceperit, fane Turce. & Saraceni, leuentes Principes suos in bello contra Christianos, a peccato, & iustitia excusarentur, & catastrophes martyrum & milites crucifigentes Christum, quod nullo modo est dicendum, & in hac coniunctione credo neminem diffidente posse.

3 Secundo existimo, quoties subditus non se offert aliqua graui, & bona fundata ratio dubitandi de iustitia belli, tenetur dubium, rite fruolum, & mane depone, & justitiam belli presumere, & militare. Et in hoc senti dixi D August. cap. p. 1. in parv. 1.3. quae. 1. in fin. ritum iustum bellare possit sub Rego etiam acutilego, si quod tibi iubetur, vel non est contra Dei praeceptum, vel verius sit, certum non est. Quia dum certus non est subditus contrarii diuino praecepto, praecepsum superioris, presumere debet illi est conformis. Et in hac materia belli est res clarius, cum enim grauissima sit, rite est praecependum abesse sufficiens examine iustitiae intentatis: quae iustitia, est si non appareat militibus, praesumenda est. Aliis tenerentur Principes rationes bellandi om-

nibus manifestare, quod est grauissimum inconveniens.

Hac ratio (meo iudicio) probat non solum subditum, sed etiam non subditum bellare posse, quoties non se illi offere graui aliqua ratio dubitandi de iustitia belli. Et ita in hac re nullam esse distinctionem de multis subditis, & non subditis, diximus ille puncto 8. n. 4. est valde probable, cum Valq. 1.2. q. 19. disq. 6. cap. 9. a. n. 5. Salas quae. 21. tract. 8. disq. 8. vni. scilicet 27. num. 17.2. Suarez de charri. disq. 13. de bello, scilicet 6. num. 12. & Nauarr. ib. 2. de restis. cap. 3. part. 2. dub. 12. a. n. 26. Et insuper probo nullam esse posse distinctionem. Nam vel terque miles tam subditi, quam non subditi habet ratios dubitandi de iustitia bene fundatas, vel non habet? Si primum dicas, nullus potest absque examini facto obediens, quia spoliare alios bonis fortuna, honoris, & vite, ob feruandum ius superioris dubium, iniustitia maxima esse videretur. Si secundum dicas, cuiuslibet licet rationem minus fundatam, seu scrupulam, depone, & contra illum operari, & confumo in sententia Caietan. 2. 2. q. 16.9. art. 2. circa solut. ad 4. dub. 2 quem sequitur Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 3. n. 17. ut subditi dubium depont, & militare possint, non indigent praecepto expresso superioris, sed sufficit velle superiori, ut omnes milites necessarij belli se adtribuant. Ex sola enim hac voluntate (quasi vocat Sanchez. tacitum praeceptum) possunt subditi dubium depone, & militare. Sed haec voluntas non arcket subditos ite bellum, cum quilibet possit absque peccato illius exercitio omittere. Ergo si subditi est efficax ratio deponendi dubium, etiam efficax erit non subditi.

4 Obieciones primo ergo quilibet miles poterit iam vni parti se adscribere, iam alteri, si p. a. sumere potest, quem alicet Principem Prudentiam iuste praeferat.

Respondeo hoc intelligi non posse de multis subditis: iij enim in aduersam partem inclinare non posse ob crimen laesa maiestatis, & inobedientie. Solum ergo de multis subditis virtute pati praelati alienigenis potest esse dubium. Et tunc distinguendum est, aut bellum est aggressivum, aut defensivum. Si aggressivum sit, efficiencias rationes, & fecit convincentes debent milites habere, vt se possint ei pati adscribere. Quia stat pro contraria parte possit, & in dubio non debet ipsolati, secus vero dicendum, quando bellum est solum defensivum.

Obieciones secundum. Nominis possessione suffragari, cum Princeps eo ipso, quod bellum indicat, priuat alterum Princepem iure possidendi, & ad executionem sententie a se prolatae procedit bello.

Respondeo sententiam, & iudicium unius Principis, alteri non subdito praejudicare non posse, neque tale iudicium dicendum est proprii sententia, cum sit contra inauditam partem, & quae non tenet coram ipso comparare. Ex quo sit ex vi illius non tolli possidentem possessionem, vt lat. us ille puncto 7. super. disq. dictum est, & docet Salas tom. 1. tract. 8. disq. vni. scilicet 13. & 26. circa finem.

Pro pioneri intelligentia huius disputationis de dubia conscientia, inquiri posset an dubium iuris, vel facti sufficiat in materia irregularitatis, vt quis irregularis censetur. Sed quia haec dubitatio in materia irregularitatis sibi vindicat proprium locum, ibi discutendam remitto.



DISPUTATIO IV.

De Conscientia scrupulosa.

PVNTVM I.

Quid sit scrupulus, & an contra illum quis agere possit.

- 1 Definitur scrupulus.
- 2 Contra scrupulum agere licitum, & laudabile est.
- 3 Proponuntur quadam obieciones. Fit illis satis.

1 Missis variis sententias dicendum est cum communis, scrupulum esse leuem suppositionem, seu existimationem ex leibus rationibus ortam, qua quis inducit ad credendum, vel dubitandum esse peccatum, quod revera non est. ita Valq. 1.2. q. 19. disq. 6.2. n. 8. Salas quae. 21. tract. 8. disq. vni. scilicet 19. n. 29. Valent. disq. 2. quae. 14. part. 4. in fin. Anton. Perez et am. 10. scholast. n. 40. Ioan. Sanchez. disq. 41. num. 1. Thom. Sanchez. lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 2. & lib. 2. de matrim. disq. 41. num. 2. & alij ab eisdem relati.

2 Agere contra scrupulum non solum licitum, sed laudabile esse est fieri omnium sententia, vt constat ex Doctoribus